et pertinentiis, videlicet pascuis aucupiis venacionibus exitibus reditibus viis et inviis cultis et incultis et omni utilitate, que inde provenire potest. Ut igitur res ista rata sit et inconvulsa permaneat, hanc cartam fecimus conscribi et sigilli nostri inpressione muniri hoc imperiali statuentes auctoritate et inmobiliter teneri volentes, ut, si qua persona, quod absit, hanc caucionem evellere sive cassare temptaverit, decem libras auri purissimi persolvat, dimidietatem camere nostre et dimidietatem predicto cenobio. Huius autem rei testes sunt. Hermannus Constantiensis episcopus. Cunradus Augustanus episcopus. Hermannus Fardensis episcopus. Heinricus dux Bawarie et Saxonie. Dux Welfo. Hugo palatinus comes de Tuingen. Comes Ulricus de Lenzeborch et alii plures.

Signum domni Friderici Romanorum imperatoris invictissimi.

Ego Cristanus cancellarius vice Cunradi Moguntini electi et archicancellarii recognovi.

Acta sunt hec dominice incarnationis anno MCLXII, indictione XI, regnante domno Friderico Romanorum imperatore gloriosissimo, anno regni eius X, imperii vero VIII; datum Constantie $\overset{\text{to}}{\text{V}}$. kal. decembris.

318.

Erzbischof Konrad von Mainz schenkt dem Kloster Hasungen den Novalzehnten in Malsburg und Escheberg. — In der Datirung geschieht des Landgrafen Ludwig Erwähnung. **1162.**

Hdschr.: Or. Perg. Staatsarchiv Marburg. Das Siegel bis auf ein kleines Fragment verloren.
Gedr.: Ledderhose, Kl. Schriften 3,189 (nach einer alten Kopie). Böhmer-Will, Mainzer Regesten XXX, 15.

— — Acta sunt hęc anno dominicę incarnationis MCLXII, indictione $\overset{\text{ma}}{\text{X}}$, regnante Frederico Romanorum imperatore semper augusto, Cůnrado Mogontine sedis electo, Lodewico lantgravio; in nomine domini amen.

(SJFR.)

319.

Kaiser Friedrich I. nimmt das St. Thomasstift zu Straßburg in seinen Schutz. — Zeuge: Landgraf Ludwig. **Würzburg, 1163 Febr. 23.**

Hdschr.: Or. Perg. Departementarchiv Straßburg. Faksimile bei Kopp.
Gedr.: Wiegand, Urkundenbuch der Stadt Straßburg 1,93. Stumpf 3975.

— — adhibitis idoneis testibus, quorum nomina hęc sunt. Heinricus Wirzeburgensis episcopus. Eberhardus Babenbergensis episcopus. Cunradus Eistedensis episcopus. Nicolaus Cameracensis episcopus. Adam Eberacensis abbas. Marquardus Fuldensis abbas[a]). Hermannus Herisfeldensis abbas[a]). Nicolaus Halsbrunensis abbas[a]). Heinricus sacri palacii prothonotarius. Fridericus dux Suevorum. Ludewicus lantgravius

319. *a)* abas.